Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

locutione corporali quę ustione privatę
circum astantibus fratribus alternatim psalterii
passiones domini et alia sacra continue
legentibus iacuit. Durum quippe et
cunctis recte in mundo degentibus formi-
dabile hoc quod narro. Die autem quo mori-
turus erat per duas horas ante ac beatę
exitum. Venerabilis Eusebius tam terri-
biles actus cepit peragere quę circumstan-
tes monachi pavore perterriti uelut amen-
tes in terra iacebant. Nam quis transuer-
sis oculis cunctis quę facie terribili uoceque
dura quasi sedens clamabat. Non faciaz
non faciam mentiris mentiris. Post hec
ad terram rediens faciem firmabat in
terram quantum potuit. Adiuuate me fratres
ne peream quod monachi uidentes lacrima-
tes et trementes eum interrogauerunt quid
habes pater. Ad quos ille. Non uidetis
demonum agmina. quę me debellare cupi-
unt. Et illi quare faciem abscondebas in
terram et ille. Ne eius aspectum cernerem
qui tam turpis et terribilis est quod omnis pe-
ne formidines quę in mundo sunt respectu eius
nihil sunt. Inter hec uerba actus priores
reiterans. Sic ad extremam horam uidelz
deuenit. Fratres autem qui astabant pauore
et dolore perterriti uelut mortui stabant.